

Folium officiale Dioecesis Lavantinae.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese.

Inhalt. 1. Instructio S. Congr. de Religiosis circa debita et obligationes oeconomicas a religiosis familiis suscipienda. — 2. Declarationes circa articulum sextum decreti „Auctis admodum“ editi die 4. Novembris 1892. — 3. Zusammenschreibung der Staatsschul-

verfchreibungen. — 4. Pastoralna konferenčna vprašanja za leto 1910. — 5. Quaestiones theologicae pro anno 1910. — 6. Pfarrkonkursprüfungen für das Jahr 1910. — 7. Sv. olja. — 8. Škofijska kronika. — 9. Diözesan Nachrichten.

1.

S. Congregatio de Religiosis: Instructio circa debita et obligationes oeconomicas a religiosis familiis suscipienda.

Inter ea, quae religiosis Familiis maius detrimentum afferunt, quaeque sicut earum tranquillitatem perturbant, ita bonam existimationem in discrimen vocant, praecipue est numeranda nimia facilitas, qua aliquando *debita contrahuntur*.

Saepe enim aes alienum inconsulto et intemperate suscipitur, sive ad excitandas domos, sive ad eas augendas et ampliandas, sive ad tyrones plus aequo recipiendos, sive ad manum apponendam operibus vel institutis iuventutis, vel sublevandae miseriae.

Quae quidem omnia, licet vel in se, vel ratione praestituti finis, sint opera laude digna, quum tamen regulis christianae prudentiae et aequae administrationis non semper respondeant, ideoque apostolicarum praescriptionum verbis et spiritui contraria sint, Deo esse grata non possunt, nec proximo valent permansuram afferre utilitatem.

Quum autem in dies misere succrescat huiusmodi abusus, debita contrahendi absque prudentibus cautelis, et frequenter sine venia, sive Superioris generalis sive huius Apostolicae Sedis; attentis peculiaribus et extraordinariis sane circumstantiis, in quibus publicae et privatae res oeconomicae versantur; ne domus quaecumque religiosas, ex sua leviori agendi ratione, in aere alieno contrahendo damnum in posterum persentiant; sanctissimus Dominus noster Pius X. Papa, habitis suffragiis Eminentissimorum Patrum Cardinalium huius sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in plenario coetu ad Vaticanum habito, die 30. Iulii 1909, post maturum examen, haec decernere, statuere et praescribere dignatus est, a singulis Ordinibus, congregationibus, institutis, utriusque sexus, sive votorum solemnium sive simplicium, a monasteriis, collegiis et domibus religiosis, sui quoque iuris, vel Ordinariis locorum subiectis, apprime servanda:

I. Moderatores, sive generales sive provinciales seu regionales sive locales nulla debita notabilia contrahant, nullasque notabiles obligationes oeconomicas suscipiant, directe vel indirecte, formaliter vel fiducialiter, hypothecarie vel simpliciter, cum onere vel absque onere reddituum seu fructuum, per publicum vel privatum instrumentum, oretenus vel aliter:

a) absque *praevio consensu Consilii generalis seu Definitorii*, si agatur de Curia generali, aut de domo vel domibus, immediate iurisdictioni seu directioni Curiae generalis subiectis;

b) vel absque *praevio consensu Consilii seu Definitorii provincialis, et expressa licentia Moderatoris generalis, accedente voto deliberativo Consilii seu Definitorii generalis*, si agatur de debitis vel obligationibus a Superioribus provincialibus vel regionalibus contrahendis seu suscipiendis;

c) vel absque *praevio consensu Consilii localis seu monasterii sive domus, quocumque nomine designetur, sub nullo Superiore provinciali seu regionali positae, et expressa licentia Moderatoris generalis, eiusque Consilii seu Definitorii generalis*. Quod si Ordo in varias congregationes seu familias, proprium Praesidem seu Moderatorem generalem seu quasi generalem habentes, divisus sit, huius Praesidis seu Moderatoris eiusque Consilii licentia necessaria omnino erit;

d) vel absque *praevio consensu Consilii localis, si agatur de monasteriis vel domibus nulli Moderatori generali subiectis, accedente tamen licentia in scriptis Ordinarii loci, si monasteria seu domus huiusmodi ab Ordinarii iurisdictione vere exempta non sint*.

II. In debitis vel in obligationibus oeconomicis contrahendis, habenda est notabilis quantitas, quae superat 500 libellas, nec attingit 1000, si agatur de mona-

steriis vel domibus singulis; quae superat 1000 libellas, nec attingit 5000, si agatur de provinciis vel quasi provinciis; quae superat 5000 libellas, si de Curiiis generalibus. Quod si domus, provincia vel Curia generalis debita vel obligationes contrahere intendat, quae valorem 10.000 libellarum excedant, praeter licentiam respectivi Consilii, ut supra, requiritur beneplacitum apostolicum.

III. Non licet per diversa debita vel per obligationes diversas, quae quomodolibet contracta sint vel contrahantur, summam respectivam in praecedenti articulo expressam superare; sed omnia et singula debita omnesque et singulae obligationes, quomodolibet contracta, semper coalescunt. Ideoque nullae omnino erunt licentiae ad nova debita contrahenda novasque obligationes suscipiendas, si antea debita vel obligationes nondum extincta sint.

IV. Pariter nulla erunt indulta seu beneplacita apostolica ad contrahenda debita vel ad suscipiendas obligationes, valorem 10.000 libellarum excedentia, si domus, provincia vel Curia generalis oratrix in precibus reticeat alia debita vel alias obligationes, quibus forsitan adhuc gravatur.

V. Si qua autem congregatio et institutum votorum simplicium aliaeque religiosae Familiae Consilia generalia, provincialia et localia non habeant, illa intra tres menses constituent ad hunc finem vigilandae administrationis oeconomicae. Monasteria autem seu domus, quae sint sui iuris, nec Consilium libera capituli localis electione constitutum habeant, illud pariter intra tres menses sibi eligant. Consiliiarii autem per triennium in officio permaneant, et sint quatuor in monasteriis vel domibus, quae saltem duodecim electores habent, et duo ad minus in aliis.

VI. Suffragia, de quibus agitur in articulo I., toties exquirantur, et semper secreta atque deliberativa sint, non mere consultiva; licentiae autem, virtute suffragiorum concessae, numquam oretenus, sed in scriptis dentur. Acta vero Consilii subscribantur tum a Moderatore tum a singulis consiliiariis.

VII. Graviter oneratur Moderatorum conscientia, ne per se vel oeconomum, vel aliter, consiliiariis occultent, ex toto vel ex parte, bona quaecumque, redditus, pecunias, titulos, donationes, eleemosynas et alia valorem aliquem oeconomicum habentia, etiamsi data sint Moderatori intuitu personae; neque de debitis vel obligationibus quomodolibet contractis taceant; sed omnia plene, exacte, sincere, fideliter revisioni, examini et adprobationi Consilii committantur; omnia etiam documenta, bona temporalia vel oeconomiam respicientia, pariter consiliiariis examinanda tradantur.

VIII. Nulla fundatio monasterii vel domus, nullaque foundationis amplificatio vel mutatio fiat, si pecunia solvenda non habeatur, et hac de causa debita vel obligationes oeconomicae contrahenda sint, etiamsi fundus vel

materia ad aedificandum, vel aliqua pars aedificii gratuito donetur, vel construatur; nec sufficit promissio pecuniae etiam in magna quantitate ab uno vel pluribus benefactoribus tribuendae, quia huiusmodi promissiones saepe non adimplentur, cum periculo gravis nocementi materialis et moralis Religiosorum.

IX. Ut pecuniae, redditus aliique proventus legitime collocentur in aliquo tuto, licito ac fructifero investimento, et ut potius in uno quam in alio investimento ponantur, requiritur votum Consilii toties quoties exquirendum, exhibitis praefato Consilio omnibus notitiis circa formam, modum et alias investimenti circumstantias. Quod item valet pro qualibet investimenti mutatione, servatis aliis de iure servandis.

X. Quae de triplici clavi capsam claudente deque ipsius capsae visitatione, necnon de recta administratione rerum temporalium praescribuntur in constitutionibus singularum Familiarum religiosarum, si severiori ratione, quam in singulis articulis praesentis Instructionis ordinantur, accurate serventur in iis, quae ipsi Instructioni contraria non sint. Et ubi administratio temporalis per propria statuta ordinata non fuerit, omnia quamprimum ordinantur, prae oculis habitis quae in *Normis, cap. VI*, dicuntur, quaeque non solum sorores, sed et viros religiosos respiciunt, ut habetur in *nota in fine pag. 3* earundem *Normarum* posita, salvis semper praescriptionibus huius Instructionis.

XI. Fundus, legata et alia quaecumque bona, quae quomodolibet Missas adnexas habent, eorumque fructus vel redditus nullo pacto debitis vel obligationibus oeconomicis cuiuscumque conditionis sint, ne quidem ad breve tempus, gravari possunt; et pecuniae pro Missis manualibus vel aliis celebrandis acceptae, ante ipsarum celebrationem, nullo pacto nullaque de causa, neque ex toto neque ex parte expendi possunt, sed integre servari debent. Quae in re speciali vigilantia procedant tum Moderatores tum consiliiarii.

XII. Quae de dotibus monialium et sororum non alienandis ab Apostolica Sede iam dudum statuta sunt, erunt apprimè servanda. Nullo igitur pacto neque cuiusvis utilitatis intuitu fas erit capitalia huiusmodi dotum consumere, quousque respectivae moniales vel sorores vivant; sub poenis a iure determinatis. Et Apostolicae Sedis venia erit expetenda, si ob gravissimas circumstantias perutilis iudicetur etiam unius tantum dotis alienatio.

XIII. Donationes, etiam titulo eleemosynae vel subsidii, non fiant, nisi iuxta conditiones a Sancta Sede praescriptas, et iuxta mensuram in singulis constitutionibus ordinatam, vel a capitulis, et in eorum defectu, a Superioribus generalibus cum respectivis Consiliis legitime determinatam.

XIV. Omnia, quae in hac Instructione praescribuntur, non solum Ordines, congregationes et instituta virorum, sed etiam monialium et sororum respiciunt. Violatores autem earundem praescriptionum graviter puniantur, et si violatio sit de iis, quae de iure communi vel iuxta praesentem Instructionem apostolicam beneplacitum requirunt,

poenis ipso facto subiaceant, alienatoribus bonorum ecclesiasticorum inflictis.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Fr. I. C. Card. **Vives**, Praefectus.

L. † S.

D. L. Janssens, O. S. B., Secretarius.

2.

Declarationes circa articulum sextum decreti „Auctis admodum“ editi die 4. Novembris MDCCCXCII.

In articulo sexto decreti *Auctis admodum*, editi a sa. me. Leone XIII. inter alia, haec statuuntur: „Professum votorum solemnium tum simplicium ab Ordinariis locorum ad sacros Ordines non admittantur, nisi, praeter alia a iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quod saltem per annum sacrae theologiae operam dederint, si agatur de subdiaconatu; ad minus per biennium, si de diaconatu; et quoad presbyteratum, saltem per triennium, praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo.“

Porro circa genuinum sensum huius articuli, varia dubia sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae exhibita sunt, quae ad sequentia capita reduci possunt:

I. Utrum Superiores Ordinum vel Institutorum religiosorum praefatas testimoniales litteras licite dare, et Ordinarii seu Episcopi licite acceptare possint, si anni de quibus agitur non fuerint completi, seu non vere academici vereque scholares, sed potius abbreviati, non quidem ex incuria, sed quia vel omissae fuerunt vacationes, vel horae lectionibus in schola tradendis multiplicatae, vel alia quacumque de causa?

II. Utrum studentes, expleto unius, duorum vel trium respective annorum curriculo theologico, possint statim ad subdiaconatum vel diaconatum vel presbyteratum item respective promoveri, ideoque inceptis vacationibus, in fine anni scholastici dari solitis, quin circulum duodecim mensium complere teneantur?

III. Utrum iidem studentes, triennio theologico rite completo, teneantur adhuc per alium annum, seu per quartum annum scholasticum, theologicis studiis in scholis incumbere?

IV. Utrum verba eiusdem decreti *Auctis admodum*: „praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo“ respiciant tantum philosophica seu lycaea studia, vel etiam gymnasialia seu humaniorum litterarum, immo primariam etiam institutionem?

V. Utrum studia philosophica seu lycaea, humaniorum litterarum seu gymnasialia, et primaria necessario ante ingressum in novitiatum ex integro peragi debeant?

VI. Utrum praefata studia, non publice in scholis rite ordinatis, sed privatim peracta, valorem habeant legalem, seu qui sufficiat ad licite dandas et licite acceptandas litteras testimoniales ad sacros Ordines?

VII. Utrum ad valorem legalem studiorum theologicorum, philosophicorum seu lycaevalium, et humaniorum litterarum seu gymnasialium sufficiat disciplinae principalis seu theologiae, philosophiae et linguae latinae peritia, vel potius requiratur, ut in unaquaque schola tradantur etiam disciplinae accessoriae, iuxta normam in bene ordinatis Seminariis regionis vigentem et saltem in substantialibus servandam?

VIII. Utrum et quanam ratione in litteris testimonialibus ad sacros Ordines authentice constare debeat de peractis ex integro, tum curriculo seu curriculis theologicis, tum philosophicis seu lycaevalibus, et humaniorum litterarum seu gymnasialibus studiis, ut praefatae litterae licite dari possint a Superioribus, et licite acceptari ab Ordinariis seu Episcopis?

Et sacra eadem Congregatio, de speciali mandato sanctissimi Domini nostri divina providentia Pii X. Papae, respondet prout sequitur:

Ad I. *Negative* in omnibus; et quaelibet abbreviatio studiorum abusiva omnino habenda est, et penitus illicita.

Ad II. *Affirmative*, dummodo tamen complexus trium huiusmodi annorum saltem triginta tres menses integros comprehendat.

Ad III. *Affirmative*, ideoque complexus quadriennii theologici, computatis vacationibus seu feriis, quadraginta quinque menses integros comprehendere necesse est.

Ad IV. Respiciuntet philosophica seu lycaea, et humaniorum litterarum seu gymnasialia, et primaria studia. Ideoque haud legalia habenda sunt theologica studia, si alumnus cursum philosophicum seu lycaeam rite non expleverit; neque legalia erunt philosophica seu lycaea studia, si alumnus humaniorum litterarum seu gymnasiale curriculum minime compleverit; neque valorem habeat humaniorum litterarum seu gymnasiale studium, si alumnus per primariam institutionem rite habitam minime praeparatus fuerit. Porro ad legitimum transitum

de scholis primariis ad gymnasiales, de gymnasialibus ad lycaeaes, de lycaeaes ad theologicas, requiritur testimonium de bene superato periculo seu examine, a Moderatoribus respectivarum scholarum in forma authentica obtentum; quod si gravi aliqua de causa haberi nequeat, suppleri potest per speciale examen, coram peritis magistris subeundum ante transitum ad superiorem gradum seu scholam.

Ad V. *Negative* quoad studia philosophica seu lycaeaalia; *affirmative* quoad primaria et gymnasialia seu humaniorum litterarum. In casibus tamen specialibus, accedentibus gravibus causis, permitti potest, ut ad novitiatum inter clericos admittatur, qui annum quartum gymnasialem seu humaniorum litterarum rite expleverit, dummodo: a) decimum quintum aetatis annum excesserit; b) statim post novitiatum, et antequam ad studium philosophicum seu lycaeaale adscendat, integrum curriculum omnium studiorum humaniorum litterarum seu gymnasialium in scholis domesticis vel aliis rite ordinatis compleat; c) et finale periculum bene superet. Quod si agatur de ingressu in novitiatum anno quarto non expleto, recurrendum ad Sanctam Sedem.

Ad VI. *Negative*. In casibus tamen extraordinariis, qui respiciunt particularem aliquem alumnum tantum, qui diligenter studiis incubuit, et in periculo seu examine idoneus inventus fuerit, recurrendum ad sacram Congregationem pro convalidatione, exhibita iurata fide examinatorum, et de tempore transacto in studio privatim peracto et de bene superato periculo; nisi res sit, non de omnibus disciplinis unius anni scholaris, sed de una tantum vel altera disciplina accessoria, gravi de causa a particulari aliquo alumno privatim exulta; tunc enim, praehabita iurata fide examinatorum, ut supra, convalidatio dari poterit a Superiore generali, accedente voto deliberativo sui Consilii.

Ad VII. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad VIII. Superiores in litteris testimonialibus, expressis verbis, sequentia declarare debent et testari: 1.^o *Quoad curriculum theologicum*, candidatum a tali anno, mense et die, ad talem usque annum, mensem et diem, et in tali schola studiis theologicis, ad sacrum Ordinem, ad quem praesentatur, necessariis rite incubuisse, et in finali periculo seu examine idoneum inventum fuisse; 2.^o *quoad inferiora studia, eidem curriculo praemittenda*: a) eundem candidatum, rite peractis primariae institutionis studiis, humaniorum litterarum studia in tali schola, et per tot annos academicos seu scholares, ex integro explevisse, bene superato finali periculo; b) praefatum candidatum, recte expletis humaniorum litterarum studiis, philosophicum curriculum ex integro in tali schola, et per tot annos academicos seu scholares, complevisse, et finale periculum auspiciato superavisse.

Mandavit insuper Sanctitas Sua, ut salvis quae de integritate et duratione studiorum in praesenti documento dicuntur, sacra Congregatio, exquisito ab omnibus Moderatoribus generalibus elencho disciplinarum, quae singulis annis scholasticis seu academicis adsignatae sunt in respectiva religiosa Familia, una cum tabulis horariis singularum scholarum aliisque opportunis informationibus, Instructionem de studiis apud clericos Ordinum et Institutuum religiosorum rite et integre peragendis praeparet, in plenario Eminentissimorum Patrum eiusdem Congregationis coetu examinandam, et probante Summo Pontifice, publici iuris faciendam.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die 7. Septembris 1909.

Fr. I. C. Card. **Vives**, *Praefectus*.

L. † S.

D. L. Janssens, O. S. B., *Secretarius*.

3.

Zusammenschreibung der Staatsschuldverschreibungen.

Seitens der hochlöblichen k. k. Direktion der Staatsschuld in Wien ist unterm 26. November 1909, Z. 10.330, nachstehendes Schreiben anher gelangt:

„Auf Grund der vom Fachrechnungs-Departement I des k. k. Finanzministeriums und der k. k. Staatsschuldenkasse geführten Kreditbücher der Staatsschuld wurde konstatiert, daß für Kirchen, Pfarrsprüden, Stiftungen, Fonde, Pfarrarmeninstitute, Armenfonde, Gemeinden, Bruderladen, Genossenschaften, Korporationen, Fideikommiss u. s. w., deren Kapitalien in Staatsschuldverschreibungen fruktifiziert sind, eine sehr große Anzahl von Obligationen einzeln vinkuliert ist, welche mitunter

auf ganz geringe Beträge lauten. Diese Tatsache ist hauptsächlich darauf zurückzuführen, daß Obligationen für sich allein zur Vinkulierung gelangen, anstatt daß sie, wenn tunlich, mit den bereits vorhandenen vinkulierten Obligationen der betreffenden Kirche, Stiftung u. s. w. zusammengeschrieben werden.

Die geschilderte Art der Anschreibung von Obligationen muß naturgemäß nicht bloß für die Staatsschuldenverwaltung, sondern auch für die Behörden und Ämter, Eigentümer, Vermögensverwalter, Nutznießer bezw. für die zur Zinsenbehebung legitimierten Organe die Evidenzhaltung der vinkulierten

Schuldverschreibungen erheblich erschweren, sie nötigt aber auch den Zinsenbehebungsberechtigten zur Ausstellung von umfangreichen Quittungen für jeden Zinsstermin, in welchen zahlreiche Obligationen unter genauer Angabe der Obligationsnummern, des Anlagsdatums, des Kapitalbetrages, der Anschrift, des Zinsstermines und Zinsbetrages aufzunehmen sind, und sie hat endlich eine bedeutende Geschäftsvermehrung für die Zinszahlstellen und für das Fachrechnungs-Departement I des k. k. Finanzministeriums als Zensurstelle zur Folge, indem für jede einzelne Obligation auf Grund der Liquidationsvormerke respektive Kreditbücher die Zinsen liquidiert, bezw. zensuriert und kontiert werden müssen.

In dieser Beziehung erscheint ein Wandel in der Weise dringend geboten, daß anstatt der oberwähnten besonderen Ausfertigung von Obligationen eine Zusammenschreibung des in vinkul. Staatsschuldverschreibungen bestehenden gleichartigen Vermögens der Kirchen, Stiftungen u. s. w., soweit dies nach den obwaltenden Verhältnissen tunlich erscheint, stattfindet.

Eine derartige Zusammenschreibung ist, abgesehen von dem Erfordernisse der Gleichartigkeit der Schuldgattung und der Verzinsungstermine, selbstverständlich nur bei den nicht rückzahlbaren Staatsschuldverschreibungen (einheitliche Rente, österr. Staatsrente, Investitionsrente, Goldrente) und nur dann möglich, wenn

1. alle Obligationen ein und derselben Kirche, Stiftung u. s. w. gehören,
2. alle unbelastet sind oder alle mit den gleichen Vormerken haften und
3. ein und dieselbe Person von denselben zinsenbezugsberechtigten erscheint.

Mit Rücksicht auf die dargestellten Verhältnisse ersucht die k. k. Direktion der Staatsschuld, soweit es den dortigen Wirkungskreis berührt und so oft sich hierzu Gelegenheit ergibt, mit allem Nachdruck darauf hinzuwirken zu wollen, daß seitens der unterstehenden Behörden und Ämter, sowie seitens der als Verwalter des Vermögens der Kirchen, Stiftungen, Fonde, Pfarrarmeninstitute, Armenfonde, Gemeinden, Bruderladen, Genossenschaften, Fideikommiss u. s. w. in Betracht kommenden Organe bezüglich jener Obligationen, welche nicht, wie die Eisenbahnschuld des Staates, das Lotto-Anlehen vom Jahre 1860, in die Kategorie der verlosbaren Effekten fallen, nach den oben angeführten Gesichtspunkten zwecks tunlichster Zusammenschreibung vorgegangen werde.

Auf die angeregte Zusammenschreibung der Obligationen kann umso mehr gedrungen werden, als nach der Verordnung des k. k. Finanzministeriums vom 23. Oktober 1909 R. G. Bl. Nr. 167 die Frei- Um- und Zusammenschreibung vinkulierter Rente-Obligationen nunmehr gebührenfrei erfolgt, so daß aus der oberwähnten Amtshandlung den Parteien keinerlei Kosten erwachsen.

Zu diesem Zwecke wären die zusammenschreibbaren Obligationen von den Obligationseigentümern bezw. Vermögensverwaltern im Wege der Zinszahlstelle (Landeskasse bezw. Steueramt) behufs Zusammenschreibung an die k. k. Staatsschuldenkasse einzusenden bezw. bei dieser Kasse zu überreichen.

Um in Zukunft das Anhäufen von auf mindere Beträge lautenden Obligationen möglichst zu vermeiden, wären die bezüglichlichen Organe und Vermögensverwalter in geeigneter Weise zu beauftragen, im Falle des Zuwachses neuer Obligationen die anzuschreibenden Überbringereffekten im Geleite einer gleichartigen, bereits für dieselbe Kirche, Stiftung u. s. w. vinkulierten Obligation behufs ihrer Zusammenschreibung mit letzterem Effekte in eine Obligation an die k. k. Staatsschuldenkasse im vorgeschriebenen Wege einzusenden."

Dieses Schreiben der k. k. Staatsschuldbankdirektion hat auch die k. k. Statthalterei in Graz unterm 16. Dezember 1909, Z. 16¹¹⁴⁶/109 sowie der Stadtrat in Marburg unterm 5. Jänner 1910, Z. 37.130 hieramts zur Kenntnis gebracht.

Indem obige Zuschrift den hochw. Kirchen-, Pfärren- und Pfarrarmeninstitutsvorstellungen zur genauen Darnachachtung kundgemacht wird, erhalten diejenigen Vermögensverwaltungen, bei denen die oben sub 1—3 angeführten Voraussetzungen zutreffen, den Auftrag, die mit den sistierten Zinszahlungsbögen belegten Obligationen mit dem amtlich gefertigten Bemerkt: „behufs Zusammenschreibung an die k. k. Staatsschuldenkasse eingereicht“ längstens bis Ende Februar 1910 anher einzusenden.

Um am Zinsenertragnis keine Verkürzung zu erleiden, dürfen neue Februar-August-Notenrenten nicht zur Zusammenschreibung mit dem im Jahre 1903 abgestempelten Obligationen von mehr als 20.000 fl. beantragt werden. (Cfr. Kirchliches Verwaltungsblatt für die Lavanter Diözese, 1903, Nr. III, Abs. 23).

Das hat auch dann jedesmal zu geschehen, wenn zu den bereits vorhandenen Kollekturablösungsobligationen neue auf den Namen des gleichen Bezugsberechtigten angekauft werden sollen.

4.

Pastoralna konferenčna vprašanja za leto 1910.

1. V cerkvah se nahajajo izpovednice, pridiznica in sv. križev pot. Kaj določuje sveta katoliška Cerkev zlasti zastran izpovednic in sv. križevega pota? Znameni-

tejši sv. križevi poti in izpovednice v posameznih cerkvah dekanije se naj opišejo.

2. Kaj naj storijo dušni pastirji, da se povsod

praktično izvrši vernikom v prid odlok svete kongregacije konciljske z dne 20. decembra 1905 oziroma tozadevna konstitucija naše škofijske sinode iz leta 1906 o

pogostem in vsakdanjem prejemanju sv. obhajila? (Syn. dioec. Lav. anno 1906 concita et facta. Marburgi, 1907. Cap. CXIX. str. 355—384).

5.

Quaestiones theologicae pro anno 1910.

1. Quis sacramentorum generatim et quis sacramenti matrimonii speciatim dispensator sit, exponatur ac de hoc argumenta theologica proferantur.

2. Infamiae canonicae causae, effectus eiusque tollendae rationes delineentur et iuridice demonstrantur.

3. Es ist in einer Predigt für den ersten Sonntag in der Fasten nach dem Borspruch I. Cor. 15, 10 zu zeigen, was wir in Ansehung der Gnade 1. wissen, 2. glauben und 3. tun müssen. — Die Predigt ist in einer der beiden Landessprachen vollständig auszuarbeiten.

6.

Pfarrkonkursprüfungen.

Dieselben finden im Jahre 1910 am 26., 27. und 28. April und am 30., 31. August und 1. September in der F. B. Ordinariatskanzlei in Marburg statt. Die Gesuche um Zulassung zur Pfarrkonkursprüfung sind wenigstens 14 Tage

vor der Prüfung durch das betreffende F. B. Dekanalamt beim F. B. Ordinateur einzubringen. (Actiones et constitutiones Synodi dioeceseanae anno 1900 peractae. Marburgi, 1901. Cap. LVI. Pag. 563 sq. lit. a).

7.

Sveta olja

se bodo delila po navadi na Veliki četrtek v kn. šk. pisarni. Posodice naj se poprej skrbno osnažijo.

8.

Škofijska kronika.

Šestdesetletnica „Križevske družbe“ v Konjicah. — Prekrasna Lavantinska škofija ima lepo število katoliških družb in cerkvenih bratovščin, ki nedvomno najuspešneje delujejo za povzdigo in procvit krščanskega življenja med vernimi škofljani. Med katoliškimi družbami pa je gotovo najstarejša „Križevska družba“ v Konjicah, ki je praznovala ob koncu lanjskega leta biserni jubilej ali šestdesetletnico svojega obstanka.

Dne 29. novembra 1909 je došlo semkaj od kn. šk. dekanijskega in nadžupnijskega urada v Konjicah pismo, ki med drugim slove: Prepokorno podpisani dekanijski in nadžupnijski urad najponižneje poroča, da praznuje Križevska družba vseh štirih stanov v Konjicah letos šestdesetletnico svojega obstanka. Mili Bog je prav bogato blagoslovil to družbo. Da je versko in nrafsko stanje Konjiških župljanov in tudi župljanov sosednjih župnij tako hvalevredno, je mnogo pripisovati dobrodelnemu vplivu Križevske nad 3000 udov broječe družbe...

Premilostljivi gospod knez in škof so z radostnim

sreem poslali kn. šk. dekanijskemu in nadžupnijskemu uradu v Konjicah ta-le nadpastirski pohvalni list:

„Mihael,

po božji milosti in usmiljenosti knez in škof Lavantinski, sporoči vsem vernim udom „Križevske družbe“ pozdrav in blagoslov ter jim želi vse dobro od Boga Očeta in Sina v edinosti Svetega Duha!

V Gospodu ljubljeni!

Kakor se Mi je dne 29. novembra tega leta naznanilo, ste namenjeni na praznik brezmadežnega Spčetja device Marije obhajati 60 letnico obstanka Vaše „Križevske družbe“. To je res vse hvale vredno početje in Jaz želim iz srca, da se ta veseli dogodek praznuje kar največ mogoče slovesno. To zasluži družba sama in zaslužio njeni že rajni in njeni sedanji voditelji in vodilje.

Kar zadevlje „Križevsko družbo“, je njen imenitni pomen slovesno pripoznala škofijska sinoda, praznovana v Mariboru leta 1906 od 6. do 10. avgusta. Izdana je

bila konstitucija ali določba (Poglavje CXXXV.) o Marijinih družbah, v kateri se je posebna pohvala zapela „Križevski družbi v Konjicah“ kot najstarejši taki družbi v Lavantinski škofiji, ki ima največje zasluge, da se je versko in nravno življenje tako krasno razvilo in toliko zatega sadu obrodilo v Konjicah in po vseh sosednjih župnijah in, smeli bi reči, po sosednjih dekanijah. Priča temu je lepo število vrlih devic, ki so dale svetu slovo in so se kot redovnice, bodisi pri častitih šolskih sestrah bodisi pri častitih usmiljenkah, popolnoma darovale svojemu nebeškemu ženinu.

V tej „Križevski družbi“ so se zbirala bogoljubna dekleta ne le iz Konjic, temveč iz vseh župnij od sv. Križa tik Slatine in od Poličan pa tja gori do Vitanja, do sv. Florijana v Doliču in še do sv. Ilja pod Turjakom, če ne še dalje.

„Križevska družba“, ki slavi letos svoj biserni jubilej, je postala rodovitna mati raznim Marijinim družbam po škofiji, tako n. pr. Križevskim družbam v Čadramu, v Vojniku, pri Novicerkvi ter deklinškim družbam v Cirkovcah, v Rušah in podrugod. V svoji zlati knjigi je imela l. 1903 vpisanih 471 možev in fantov, 1064 žen in gospodinj, 1830 deklet in devic, skupaj torej 3365 udov. Tega števila še ni prekosila nobena druga družba v Lavantinski škofiji.

Spodobi se, da se ob tej svečanosti še posebej hvaležno spominjamo tistih zaslužnih mož, ki so „Križevsko družbo“ oživili in jo do 60. leta njenega obstanka privodili. Predvsem se spodobi vsa hvala in zahvala troedinemu Bogu in brez madeža spočeti devici Mariji, glavni varihinji „Križevske družbe“. Potem gre hvala in zahvala rajnemu premilostljivemu gospodu knezoškofu Antonu Martinu Slomšek, ki so s svojim pastirskim listom, pisanim na god Marijinega rojstva l. 1849, v naši škofiji vpeljali „Križevske družbe“.

Tedanji nadžupnik Konjiški, mnogočastiti gospod Anton Terkuč in njihov vikar, že tudi rajni častni kanonik Tomaž Rožanc sta poslušala škofovo naročilo ter sta na Vseh svetnikov praznik l. 1849 osnovala v Konjicah „Križevsko družbo“, ki je imela v 60 letih solnčne in senčne dni, pa je vse srečno prebila. Najlepši dnevi za njo so bili l. 1859, ko so rajni nadžupnik Jožef Rozman to nežno sadiko presadili iz bolj posvetnega polja na cerkvena tla, ko so iz izobraževalnega društva napravili Marijino bratovščino in so z raznimi ustanovami zagotovili njen obstanek za prihodnje čase. Po Rozmanovi prerani smrti so se za „Križevsko družbo“ resno trudili prevneti nadžupnik, mnogočastiti gospod dr. Jožef Ulaga; tudi njihov naslednik, mnogočastiti gospod Francišek Mikuš, so posvetili „Križevski družbi“ svoje moči. Njihov naslednik, mnogočastiti gospod kanonik Jernej Voh, so oskrbeli „Križevski družbi“ novo

zlato knjigo, v katero so vpisani vsi njeni udje, razvrščeni po raznih stanovih in raznih župnijah, po domači nadžupniji in po tujih duhovnijah; oni so pred 10 leti med Vami slovesno praznovali petdesetletni obstanek „Križevske družbe“ in se danes z Menoj vred veselijo, da „Križevska družba“ tako lepo napreduje.

Vmes med temi gospodi nadžupniki so vodili kot duhovni voditelji „Križevsko družbo“ častiti gospodje provizorji in duhovni pomočniki, namreč: rajni gospod Jernej Guzaj, rajna vikarja gg. Janez Berglez in Martin Skerbec, še živa mnogočastita duhovna svetovalca gg. župnik Jožef Sinko in dekan Marko Tomažič. Pred nastopom sedanjega Vašega mnogočastitega gospoda nadžupnika in preskrbnega voditelja „Križevske družbe“, Franciška Hrastelj, so jo vodili nekdanji provizor, častiti gospod župnik Karol Kumer. Ti in vsi drugi bivši dušni pastirji Konjiški zaslužijo, da jih ohrani „Križevska družba“ v hvaležnem spominu.

Postave „Križevske družbe“ velevajo, da si vsaki stan izvoli iz svoje srede voditelja in njegove pomočnike oziroma svojo vodiljo in njene pomočnice.

Pač je vredno, pravično in primerno, da se na današnji praznik spomnimo še tudi društvenih predstojnikov, ki so si jih bili udje „Križevske družbe“ ali sami izvolili, ali so jim bili od njihovih častitih duhovnih voditeljev za to častno službo odbrani.

Može je prvi vodil rajni Jurij Črešnar, kmet iz Bezine, po njegovi smrti pa rajni Anton Kokolj, kmet iz Perove; sedaj jih vodi Janez Bezget, tudi kmet iz Perove. Mladeniče je prvi vodil rajni Anton Rubin, za njim rajni Mihael Kokolj, za njim Janez Cugmas, za njim Šimon Einfalt in sedaj jih vodi Franc Šilih, fant iz Bezine.

Žene so šele dve svoji vodilji pokopale, rajno Marjeto Mave iz Gabrolj in njeno naslednico Mico Kračun iz Konjiške vasi; sedaj jih vodi že dolgo vrsto let Terezija Pučnik, po domače Vodušica s Tepanjskega vrha. Dekleta ste pa tako srečna, da imate še sedaj tisto vodiljo, ki so Vam jo bila pred 60 leti izvolila tedanja „Križevska dekleta“.

Znano je, da bi bila Vaša vodilja Liza Valant že večkrat rada imenitno službo to odložila, pa Vaši modri dušni pastirji so jej to misel vselej izgovorili in ona je dobri stvari na ljubo težavno službo še obdržala. Ona je na splošno zadovoljnost vseh gg. nadžupnikov slednjih 60 let vodila mladenke „Križevske družbe“ z nenavadno gorečnostjo in modrostjo, prav odločno in neustrašno tako, da je ohranila družbi zmeraj dober sloves in velik ugled. Mnogo deklet je presadila iz vrta Križevskih deklet na vrt bogoljubnih redovnic, druge pa med gredico skrbnih Križevskih žen, ki vedò svoje hčerke tako lepo izgojevati, da so ponos Križevskih deklet.

Naj božji blagoslov kakor doslej tako odslej prav bogato lije na „Križevsko družbo“, njene duhovne in svetovne voditelje in vodilje ter naj ostane nad njimi zdaj in vsel-j!

V imenu Očeta in Sina in Svetega Duha. Amen.

Dano v Mariboru, na god sv. Barbare, device mučenice, dne 4. decembra 1909.

† **Mihael,**
knez in škof.“

Predstoječi list je bil poslan z dopisom kn. šk. Lavantinskega konzistorija z dne 4. decembra 1909, števil. 5536, kn. šk. dekanijskemu uradu v Konjicah z naročilom, da se naj prebere na praznik brezmadežnega Spočetja device Marije zbrani Križevski družbi ter shrani med društvenimi listinami. Mnogočastitemu gospodu nadžupniku in dekanu se je izreklo priznanje za modro misel, biserni jubilej „Križevske družbe“ slovesno praznovati. Vodilji Elizabeti Valant pa se je izročila knjiga „Pastirski listi“, dar premilostljivega gospoda knezoškofa kot dokaz Njihovega posebnega priznanja s spominskim napisom: „Spoštovanja vredni devici Elizabeti Valant v veseli spomin, da je dopolnila šestdeseto leto kot goreča vodilja „Križevskih deklet“ v Konjicah. Maribor, na god sv. Barbare, device mučenice, dne 4. decembra 1909.“

Da se je praznoval biserni jubilej „Križevske družbe“ dne 8. decembra nad vse slovesno, izpodbudno in genljivo, priča dopis, ki ga je semkaj poslal kn. šk. dekanijski in nadžupnijski urad v Konjicah dne 10. decembra 1909, števil. 413: „Prepokorno podpisani dekanijski in nadžupnijski urad najponižneje poroča, da je praznovala tukajšnja „Križevska družba“ na praznik brezmadežnega Spočetja preblazene device Marije biserni jubilej svojega obstanka. Po prvem sv. opravilu je pristopilo okoli 600 Križevskih deklet s prižganimi svečami v rokah k skupnemu sv. obhajilu. Držal se je 60 letnemu obstanku

„Križevske družbe“ primeren nagovor. Pri drugem sv. opravilu je bila ob asistenci slovesna sveta maša z dvema blagoslovoma pri Marijinem altarju in popoldne ob 1/22 veličastna procesija po trgu doli in nazaj. V obilnem številu belo oblečena Križevska dekleta so nosila ter spremljala Marijino podobo. Milodonečega petja in goreče molitve je kar odmevalo po ulicah. Tržani so z občudovanjem strmeli nad manifestacijo sedaj 3908 udov broječe „Križevske družbe“ za čast božjo in Marijino slavo. K slovesnosti je prišlo mnogo udov tudi iz Novocerkevške, Starotrške, Slovenjbisterške in Šmarske dekanije. Ko se je v cerkvi, ki je bila z verniki natlačeno polna, iz pridiznice bralo družbi vposlano višepastirsko pismo, iz katerega duhti očetovska ljubezen do škofljanov, in ko se je pokazala krasna, od Prevzvišenega vodilji Elizabeti Valant darovana knjiga, se je vsa cerkev razsolzila od veselja nad toliko ljubeznijo in skrbjo premilostljivega nadpastirja za Križevsko družbo v Konjicah, pa tudi od veselja, da je ljubi Bog tako bogato blagoslovil Križevsko družbo. S slovesnimi petimi litanijami z dvema blagoslovoma in z zahvalno pesmijo Te Deum laudamus ter z razdelitvijo spominskih podobice je bila dovršena nepozabljivo lepa slovesnost. Udje Križevske družbe bodo goreče molili za blagostanje premilostljivega gospoda kneza in škofa, ki so jim povzročili s svojim nadpastirskim pismom toliko najpristrčnejšega veselja. Kakor so Križevska dekleta na visoki praznik brezmadežnega Spočetja device Marije skupno darovala sv. obhajilo za Njih Prevzvišenost, tako bodo to storile Križevske žene dne 13., Križevski možje in fantje pa dne 20. decembra 1909. Bog pa bodi bogati plačnik! Presrečna s tako lepo knjigo obdarovana Elizabeta Valant se tudi zahvaljuje najponižneje premilostljivemu gospodu knezu in škofu z obljubo, da bo s pomnoženo gorečnostjo molila za visokega darovalca.“

9.

Diözesan-Nachrichten.

Gestorben ist Herr Franz Valenko, Pfarrer in Polensak, am 7. Jänner in 46. Lebensjahre.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 15. Jänner 1910.

† **Michael,**
Fürstbischof.